

Band X., Nr. 4279, Seite 63-65

Ritter Walter von Emerkingen gibt dem Kloster Marchtal das ihm von seinen Vorfahren entfremdete Patronatrecht der Kirche in (Unter-)Wachingen zurück.

Marchtal, 1292. September 7.

Omnibus Christi fidelibus presentia visuris seu auditoris Waltherus miles de Anemerkingen notitiam rei geste et presens scriptum perpetuo duraturum. Cum per multas curas huius vite immo verius umbre mortis cor humanum distractum multitudine causarum et mutabilitate temporum et rerum sepius oneretur, rationi interesse dinoscitur, ut ad excludendam litium materiam contractus legitimi et pia studia fidelium fulciantur suffragio litterarum. Noverint igitur universi huius instrumenti seriem visuri seu auditori, quod, cum ex hereditaria successione quondam Waltheri genitoris mei meorumque antecessorum ius patronatus ecclesie in Wachingen penes Anemerkingen Constantiensis dyocesis ex successione hereditaria detinerem et a retroactis temporibus usque nunc intellexissem relatione multorum et publica fama vulgi, que nichil sinit manere occultum, me veluti certum ut ita dicam reddidisset, quod predictum ius patronatus ecclesie prefate in Wachingen monasterio Marthellensi ordinis Premonstratensis ex incuria et negligentia quondam fratrum predicti monasterii sublatum et alienatum ad meos antecessores et ad me minus debite transiisset, tandem mea conscientia me ipsum stimulante cognovi, quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Volens ergo onus grave ab humeris meis abicere et conscientiam meam et res purificare, ius patronatus ecclesie in Wachingen cum omnibus suis attinentiis tam mobilibus quam immobilibus usque ad hec tempora per me possessum pacifice et quiete accedente consensu reverendi patris domini nostri
 Rüdolfi dei gratia Constantiensis episcopi ac Anne mee coniugis legitime meorumque liberorum singulorum et universorum pure et simpliciter divine pietatis intuitu memorato monasterio libere restitui et restituo per presentes, renuntians omni iuri pro me meisque heredibus, quod michi vel ipsis ex possessione predicta vel ex alio titulo quocunque vel causa in dicto iure patronatus posset competere, in manibus dilecti in Christo Heinrici prepositi monasterii Marthellensis prelibati recipientis dictam renuntiationem nomine sui sui que conventus ac monasterii iam dicti omni sollempnitate verborum ac gestuum consueta et debita observata, promittens pro me meisque heredibus quibuscumque per sollempnem stipulationem, ne predictum prepositum seu conventum vel eos, qui pro tempore in dicto monasterio fuerint instituti, in dicto iure patronatus

II

inquietare debeam vel turbare. Et ne iure advocaticii vel alterius quocumque nomine censeantur per me vel per meos heredes aliquid in posterum exigi valeat a predicta ecclesia vel rectoribus ibidem institutis vel in posterum instituendis in dote ipsius ecclesie, renuntio pro me ac ipsis meis heredibus omni iuri huiusmodi omnimode et in totum. Et cum dictum ius patronatus in preiudicium mee salutis diu detinuerim, promitto memorato . . . preposito et fratribus, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, contra eos, quicumque fuerint, qui ipsos in iure patronatus sepedicte ecclesie molestare vel perturbare presumpserint, defendere ac manutenere in quantum potero et valebo. Et ut premissa perpetuum robur obtineant firmitatis et ne calumpnia aliquorum ea que premissa sunt valeat impugnari, presens instrumentum fieri feci et reverendi patris ac domini nostri Rūdolphi episcopi et capituli ecclesie supradicte ac divina permissione Heinrici et Eberhardi abbatum monasteriorum de Rota et de Zwiviltūn, virorum nobilium Wlrici et Heinrici de Schalkilingen et de Hetingen comitum, Hermanni fratris mei rectoris sepedicte ecclesie de Wachingen, Rūdolphi mei fratris et mei sigillorum munimine roborari, renuntians pro me meisque heredibus omni exceptioni litteris a sede apostolica impetratis vel inpetrandis et omni iuris auxilio tam canonici quam civilis, per que premissa vel aliquod ex eis possent aliquantulum annullari.

Acta sunt hec apud Marthellum, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, VII. idus Septembris, indictione V., testibus presentibus, videlicet domino Hermanno rectore ecclesie in Cella dicto de Anemerkingen, Rūdolfo fratre suo, Cūnrado advocato de Meringen, Ludewico et Bertoldo advocatis fratribus suis, Walthero de Stadegun, Ludewico de Erenvels, Heinrico quondam ministro in Mundrichingen et eiusdem nominis filio suo, Arnolde cive in Mundrichingen, Cūnrado dicto Celler ac Emichone et aliis quam pluribus fide dignis.

Nos^a Rūdolffus dei gratia Constantiensis episcopus supradictus ad petitionem prefati Waltheri militis de Anemerkingen auctoritatem nostram et consensum omnibus et singulis supradictis adhibuimus et presentibus adhibemus, prout acta et conscripta sunt, ac presentibus confirmamus et, ne futuris heredibus vel successoribus eius super huiusmodi pio negotio rite et rationabiliter celebrato prestetur occasio litem de cetero suscitandi, sigillum nostrum et sigillum nostri capituli Constantiensis duximus presentibus apponendum. Nos Hermannus et Rūdolffus de Anemerkingen fratres predicti et heredes in testimonium nostri consensus expressi et signum restitutionis et renuntiationis predictae quicquid nobis in dicto iure patronatus competit vel competere videbatur propriis manibus resignavimus ac nostra sigilla appendi fecimus huic scripto. Nos autem Heinricus et Eberhardus de Rota et de Zwiviltūn abbates, Wlricus et Heinricus de Schelkilingen et de Hetin-

^aAuch in der Vorlage hier neue Zeile.

III

gen comites in testimonium premissorum presens instrumentum sigillorum nostrorum munimine roboramus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Beide Ausfertigungen (Stuttgart = A, Regensburg = A') sind von derselben Hand geschrieben, doch A auf größerem Pergamentblatt in großer, zum Teil verzierter Schrift. An den über der Zeile stehenden Buchstabenteilen von s, f, b, l, h, auch d, und an den unter die Zeile herabgehenden Strichen von p, an einigen großen Buchstaben, an den Abkürzungsstrichen und -haken sind mit dunklerer Tinte, also nachträglich, knotenartige Verzierungen bzw. Verdickungen angebracht, wie sie ähnlich auch bei der gefälschten Urkunde K. Rudolfs von 1275 Okt. 8 (vgl. WUB, Bd. VII, S. 396, Nr. 2534) zu finden sind.
 Gleichwohl ist an der Echtheit der vorliegenden Urkunden nicht zu zweifeln; das beweist der einwandfreie Inhalt und die an A' noch vorhandenen Siegel, die keine Spur von dem in Marchtal üblichen Fälscherkunstgriff (vgl. WUB, Bd. VII, S. 397, Nr. 2534) erkennen lassen.
 An A sind sämtliche Siegel abgeschnitten bzw. ausgerissen, an A' noch das erste und 4. bis 9. Siegel erhalten, sämtlich teils zerbröckelt, teils anderweitig bekannt, eingenäht.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

A: HStA Stuttgart, A': Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

Signatur/Titel des Originals:

A: B 475 U 269, A': KU Marchtal Nr. 42.

Überlieferung und Textkritik:

Papierkopie des 18. Jh., beglaubigt [1738]: HStA Stuttgart B 475 U 40. Ferner zwei Abschriften, 18. Jahrhundert, in StA Sigmaringen: Dep. 30/12 T 1 Nr. 25.

Regesten:

Die Urkunden des Reichsstifts Obermarchtal. Regesten 1171-1797, bearb. von Hans-Martin Maurer und Alois Seiler, Redaktion Sabine Meyer, hrsg. von Wolfgang Schürle und Volker Trugenberg, Konstanz 2005 (Documenta Suevica, 5), S. 74 f., Nr. 89. Regesten Grafen von Berg, S. 41, Nr. 194.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Marchtal

Ortsindex:

Ehrenfels Wohnplatz (15867)
 Ehrenfels, Hayingen, RT
 Emerkingen Wohnplatz (16806)
 Emerkingen, UL
 Hettingen Wohnplatz (21077)
 Hettingen, SIG
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Munderkingen Wohnplatz (16884)
 Munderkingen, UL
 Möhringen Wohnplatz (17710)
 Möhringen, Unlingen, BC
 Obermarchtal Wohnplatz (16905)
 Obermarchtal,

UL
 Oberstadion Wohnplatz (16913)
 Oberstadion, UL
 Rot an der Rot BC
 Rot an der Rot Gemeinde (17494)
 Schelklingen Wohnplatz (16943)
 Schelklingen, UL
 Unterwachingen Wohnplatz (16969)
 Unterwachingen, UL
 Zell Wohnplatz (17489)
 Zell, Riedlingen, BC
 Zwiefalten Wohnplatz (16028)
 Zwiefalten, RT